

b79.

2. D. B. V. 1711, 10 A. 32
DISPV TATIO IN AVGVR ALIS A 14

DE
**VERA SPONSALIVM DE
PRÆSENTI ET NVPTIARVM
DIFFERENTIA,**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO,
GVILI ELM O HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE. &c. &c.&c.
EX DECRETO ET AVTORITATE ILLVSTRIS JCTORUM ORDINIS
IN ALMA SALANA, 1521
PRÆSIDE

DN. JOHANNE BERNHARDO Friesen/

HEREDITARIO in Pösen/
JCTO CONSVMMATISSIMO, SERENISSIMI DVCIS SAXO-
ISENACENSIS CONSILIARIO AVLICO, AC CONSISTORIA-
LI, ANTECESSORE, ET SCABINATVS NECNON FACVL-
TATIS JVRIDICAE ADSESSORE GRAVISSIMO,
PATRONO ET PRÆCEPTORE SVO ÆTER-

NVM VENERANDO,
PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET DOCTORA-
LIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI,

LOCO ET HORIS CONVENTIS
D. XXVII. JVLII ANNI M DCCXL.
PVBlico ERVITORVM EXAMIN SUBMITTIT

**JOHANNES Rügeroh/
CAMBVRGO - THVRINGVS.**

J E N Æ
TTPIS GOLLNERIANIS.



PROOEM. LOCO.

Postquam, impetrata ab illustri Ctorum ordine licentia, materiam disputacioni inaugurali non inconuenientem, eligendi, de illa tractanda cogitarem, præ variis elaboratione dignis *Differentiæ inter sponsalia de praesenti & Nuptias* in jure obvenientes, propter illarum delicias ac summam in judiciis & vita quotidiana utilitatem mihi arrisere. Ut vero illarum indoles eo accuratius cognosci possit, de necessitate esse arbitror: Ut primo in etymologiam, synonymiam atque homonymiam tam nuptiarum, quam sponsaliorum inquiram, annexando utrumque definitionem: Deinde ut longius progrediar, ad ipsam per causas enodandam differentiam, secundum diuisionem juris Romani, Canonici, & morum in terris nostris Ecclesiasticis vigentium. Justitiæ fontem implorans, hunc ut sua gratia dirigere velit laborem.

A 2

CA.

BS(4)58

CAPVT I.

DE

Explicatione & descriptione terminorum.

SUMMARIA.

- I. Unde dicantur Sponsalia. II. Unde nuptie. III. De synonymis sponsalium. IV. De Synonymis nuptiarum. V. Quot modis vocabulum sponsalium sumatur. VI. Quot modis vocabulum nuptiarum sumatur. VII. Sponsalariorum definitio. IX. Nuptiarum definitio. IX. producitur methodus.

§. I.

Sponsarium origo, quod in verbo Spondere querenda sit, nemini pene adserit dubitationem, præsertim cum ipse J. C. T. L. 2. ff. de sponsal. hoc affirmet his verbis: *Sponsalia autem dicta sunt à spondendo: nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras, & seq. I.* Unde sponsi spon-
sæque adpellatio nata est. Ob liberum scilicet contrahentium atque spontalem consensum: nam spondere à sponte dictum est, & idem valet, ac sua sponte dicere. Varro lib. 5. de lingua lat. Bræchæus in leg. sponsio sub. tit. de verb. & rer. signif.

§. II.

Quod ad etymologiam Nuptiarum attinet;
Var-

Varronis opinioni præ multis aliis calculum meum
adjicio, nimirum quod Nuptiæ dicantur à Nubendo,
i. e. velando: talis enim mos erat apud veteres, vt
noua nupta mulier lutei coloris velamento recta at-
que obuoluta, *C. nostrates.* 3. & *c. foeminae* 7. c. 30.
q. 5. VVesenb. ad ff. derit. *nupt. n. 1.* Schneid. *ad Inst.*
de nupt. part. 2. n. 1. cum colo comta & fuso stami-
ne implicato deduceretur in domum viri, eamque
ingrediens adipe suillo postes attingeret, ne quid, v-
ti credebant, mali medicamenti inferretur, quos po-
stes tamen non manu ipsa, sed lana comprehendeb-
bat, quia lanam rem esse religiosam, veteres opina-
ti sunt Romani. Plin. *lib. 21. natur. hist. c. 8.* Tholo-
san. *lib. 9. Syntag. c. 1. num. 4.* & 5. de cæteris ritibus
deductionis antiquis vid. Paul. *Cypræus de spons. cap.*
5. §. 5. n. 3. Et hanc quidem obnubendi ac velan-
di consuetudinem antiquissimis jamjam temporibus
obtinuisse, habetur ex sacris scripturis. Rebecca
enim, quamprimum vidit Isaacum, sese obnupsit. *Gen.*
cap. 24. v. 64, 65. Unde Canonistæ quoque olim
statuerunt, vt nouæ nuptiæ tegmine quodam obte-
gerentur. *C. nec illud. 8. c. 30. q. 5.* vid. Müll. *ad Struv.*
Syntag. f. Civ. de rit. nupt.

§. III.

Quemadmodum vero pròpter verborum in-

A 3

opiam

opiam atque paucitatem non raro contingit, ut rebus, natura & essentia penitus distinctis, unum idemque imponatur vocabulum. Arist. lib. 1. de Elench. Soph. cap. 1. f. Ita etiam non inusitatum est, sed sæpe numero fieri solet, ut una eademque res pluribus designetur nominibus. Quod & hic in nostra præsenti materia occurrit: Nam sponsalia lib. 4. Decret. in tit. 2. § 3. dicuntur Desponsationes; Nuptiæ speratae autem appellantur in l. si legibus. 16. C. de Episcop. aud. & Spes nuptiarum seu matrimonii in l. si puelle. 6. de sponsal. l. si uxor. 13. §. divi. 3. ad L. Jul. de adulter. Sponsalia denique designari etiam nomine conjugalis consensus Promissionis, imo ipsius mutui consensus conjugalis Dationis, attestantur Hillig. ad Donell. lib. 13. c. 19. lit. C. & Mozz. in tract. de nupt. n. 7. Germ. Verlobnis / Cheverspre- chung / Ehegelöbnis. vid. Müll. loc. cit. de sponsal.

§. IV.

Nuptiæ non minus ac sponsalia promiscua gaudent adpellatione, pro synonymis scil. passim inueniuntur Nuptiæ, Matrimonium, Connubium, Conjunctio, Conjugium, &c. vti multis ex locis probari potest. Sic enim legitur in §. 1. Inst. de patr. pot. Nuptiæ sive matrimonium, quæ duæ voces similiter quoque promiscue reperiuntur in l. 10. l. 11. ff. de

de rit. nupt. l. si cum. 7. l. si constante. 19. cod. de do-
nat. ant. nupt. Et quo sensu ibi nuptiae siue matri-
monium sumuntur, eodem quoque connubium di-
citur. in l. 3. l. pen. Cod. de incest. & inutil. nupt. nec
non & conjunctio in l. deprehendenda. 5. C. de inf.
& subst. l. copulandis. 8. Cod. de nupt.

§. V.

Quoad homonymiam Sponsalia si considere-
mus, varias haec habere significations notum est.
Interdum enim idem significant, quod Arrhae spon-
salitiae. l. 1. Cod. si nupt. ex rescript. pet. l. 1. C. si Rect.
prov. Nonnunquam etiam denotant Donationem
propter nuptias. l. 2. Cod. de secund. nupt. l. 3. C. de do-
nat. ant. nupt. l. 8. C. de præd. & al. reb. min. Nec
minus saepe Coniuia & Celebritates, quæ tempore
desponsandi adhibentur, Sponsalia dicuntur: Paul.
Cypr. de sponsal. cap. 2. §. 16. Scip. Gent. de nupt. l.
2. c. 1. Quam saepissime autem & quidem proprie,
(ut & hoc loco,) Mutuam atque reciprocam deno-
tant promissionem futurarum nuptiarum, solam e-
nim mentionem, aut solam re-promissionem non
facere sponsalia liquido constat ex l. 1. ff. de sponsal.
vbi prouide duas has compellationes coniunxit Flo-
rentinus. vid. Hillig. ad Donell. l. 3. c. 18. lit. B.
Carpz. Jpr. Conf. l. 2. d. 18. n. 10. Nobis mentio fu-
turarum nuptiarum idem est ac die Eheverbung/

repromissio die Zusage. Schilt. ad. ff. de Connub. §. 2.

§. VI. *Ueber die Uebertragung*

Quam significationis varietatem itidem in
voce Nuptiarum reperire licebit, accipitur quippe
(1) pro Festiuitate & Hilaritate diei nuptialitii, quando
nimurum hospites edunt & saltant. §. pen. Inst.
de nupt. l. i. ff. de pact. dot. l. pen. §. i. ff. de donat.
int. vir. & ux. l. 24. C. de nupt. C. nosf. sates 3. & C.
nullum. 6. c. 30. q. 5. c. capellanus. 4. X. d. feriis. (2)
sumitur improprie & abusus pro Spōnsalibus de
præsenti. C. i. X. de sponsal. Schilt, in prax. jur. Rom.
in for. Germ. de connub. §. 9. (3) pro Matrimonio
Perfecto, olim deductione in domum, hodie bene-
dictione sacerdotali, contracto. l. 30. ff. de R. J. l. 15.
de cond. & demonstr. (4) denique pro Matrimonio
per copulam carnalem Consummato. pr. & §. i. Inst.
de patr. pot. l. i. ff. de rit. nupt. C. nuptie 12. c. 32.
qu. i.

S. VII.

Etymologia, synonymia & homonymia verborum absolutis, nunc ad definitionem progredior: Definiuntur itaque Sponsalia in l. x. ff. de sponsal. quod sunt: *mentio* & *repromissio* futurarum nuptiarum. Quam definitionem non minus Canonistæ agnoscunt. C. nostrates 3. C. 30. q. 5. in verbis: *Sed post spon-*

sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa,
 foedera quoque consensu eorum, qui hæc contrahunt,
 & eorum in quorum potestate sunt. Et sunt vnius ge-
 neric, quatenus videlicet semper futuras respiciunt
 nuptias. De jure tamen Canonico alia dicuntur de
 præsenti, cum verba efferuntur per tempus præ-
 sens: *v.g. Ego te in meam uxorem accipio.* Alia de
 futuro, cum verba in futurum tempus concipiun-
 tur. *v.g. Ego te recipiam in meam uxorem. Cap. 22.*
 pen. & vlt. X. de sponsal. Ast vero cum hæc Jur. Can.
 differentia, quæ linguam nostram Germanam, in
 verbis magis consistat quam in re, & propterea haud
 observari soleat: quia Germanis idem est: *Ich neh-
 me dich zur Ehe / oder ich will dich zur Ehe neh-
 men.* B. Luther. in tract. von Ehesachen. Schneid.
 ad Inst. de nupt. part. 1. n. 5. & 6. Paul. Cypr. de
 sponsal. c. 4. §. 8. n. 3. 4. & 5. Carpz. Pr. Crim. part.
 2. qu. 56. n. 24. & Ipr. Conf. lib. 2. d. 18. n. 4. Hinc
 meritò hodie non ab ipsis verbis distinguntur Spon-
 salia. Sed de præsenti illis vocantur, vbi consen-
 sus purus, præsens & simplex est, licet pro lubitu
 partium impletio nonnunquam differatur. De fu-
 turo, vbi non puro & simplici consensu, sed in fu-
 turum euentum matrimonium promittitur. Et in
 his vltimis eonditio aut dies vel expresse adjicitur,

B

e. g.

e.g. ducam te in uxorem si rediens te innuptam reperiam, vel tacite & per se jam inest conditio, ex qualitate nimis & conditione personarum contrahentium. Qualia sunt sponsalia impuberum, quae prius non obligant, quam pubertatem si fuerint adepti, & ipsi postmodum consensum suum libere dederint. c. 7. & 8. X. de sponsal. in pub. vid. Lauterb. coll. ff. ad tit. de sponsal. §. 6.

§. IX.

Nuptiarum definitio in §. 1. Inst. de pat. pot. hæc est: Nuptia sive matrimonium est viri & mulieris conjunctio individualis vita consuetudinem continens. add. cap. illud. II. X. de presumt. Cui concordat etiam Modestini definitio, l. 1. ff. de rit. nupt. vbi scil. dicuntur: Conjunctio maris & feminæ, & consortium omnis vita, divini & humani juris communicatio. Ad meliorem vero intellectum, Nuptiae mihi videntur commodissime ita describi, quod sint: Individualis consuetudo, consensu matrimoniali a viro & uxore innita, ad humani generis propagationem, & mutuum vita adjutorium.

§. IX.

Et hæc de terminorum Explicatione ac Descriptione dicta sufficient, plura enim persequi, operæ pretium vix erit, ideoque ad reliqua accedo, eam ob-

repe-
qua-
ahen-
prius
ti, &
int. c.
ff. ad
pot.
ulie-
onti-
cor-
pt. v-
, &
com-
ptiae
sint:
viro
, &
scri-
erex
am
ob-

obseruaturus methodum, de qua supra in proœd-
mio mentionem feci, nimirum quod *primo* acturus
sim, de differentia sponsalium de præsenti & nupti-
arum quoad Jus Civile: *secundo* quoad jus Can. *ter-
tio* quoad mores hodiernos, qui in terris nostris ec-
clesiasticis obtinent.

CAPVT II.

DE

Differentia inter nuptias & sponsalia de præsenti quatenus in jure Civ. fundata est.

SUMMARIA.

- I. *Differentia ratione definitionis.* II. *rat. cause efficientis re-
mota,* III. *rat. efficientis proxima.* IV. *ratione subiecti,*
V. *rat. objecti.* VI. *ratione forme.* VII. *ratione finis.* VIII.
ratione effectuum. IX. *ratione contrariorum.*

§. I.

Omninis fere est opinio Sponsalia de præ-
senti & Nuptias non differre, præsertim
quoad Jus Civ. Hanc vero opinionem ra-
tionibus haud satis esse sufficiam, & à ju-
re Civ. plane remotam, ab initio statim ex *diver-
sitate definitionum* comprehendendi potest: Nam
alia Definitio competit Sponsalibus de præsenti, ali-
a Nuptiis,
B 2

a Nuptiis, *supr.* §. 7. & 8. cap. i. minimeque una pro altera sumi potest: De quo itaque definitio dici nequit, de illo nec definitum, & distinctæ definitiones, distincta quoque indicant definita. Carpz. *Jpr. conf. l. 2. t. 8. d. 130. II. 10. Esbach in addit. ad ejusd. Jpr. for. part. 2. conf. 24. d. 5.*

§. II.

Potest quoque hæc differentia deduci ex diversa *causa efficiente remota*, quamin Nuptiis constituit *Ius divinum*: Hoc enim Deus primordio statim tulit in Paradiso his verbis: *Non bonum est, hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi coram ipso*. Gen. 2. v. 18. Quapropter & Christus ad illud primordium nos revocat, inquiens: *legistisne, quod ille, qui hominem fecit ab initio, masculum & feminam fecerit?* Math. cap. 19. v. 4. *Efficiens remota autem Sponsalium est Ius Gentium*, l. 4. ff. de sponsal. vbi dicitur: *Nudus consensus ad constituenda sponsalia sufficit*, & Paulus Ictus in l. 1. ff. locat. conduct. expresse inquit: *ea, que consensu sunt, sunt juris Gent.* add. Volrath. in suo oper. jur. Rom. Analyt. de spons. n. 11. Treutl. disp. 6. vol. 2. de nupt. th. 1. lit. A. Hunn. in resolut ejusd. th. 1. qu. 1. Præterea quoque usus & necessitas, tanquam fundemen-

damentum Juris Gent. in sponsalibus observantur,
 qua de causa etiam apud populum Dei nonsolum
 in more positæ jam olim fuerunt desponsationes.
Deut. 20. v. 7. Math. cap. 1. v. 18. Hunn. l. c. qu. 2.
 Sed & apud plerosque senioris mentis Ethnicos con-
 suetudinis illas fuisse, historiæ passim testantur. vid.
Kitzel. in synopsi matr. c. 5. theor. 1. Beust. de matr.
part. 2. in pref. Et quamvis aliqui ex JCTis, inter
 quos & Bachouius, putent, sponsalia necessario
 nuptias praecedere non debere, *per. l. 9. ff. de sponsal.*
 & *Nov. 74. c. 5.* adducentes insuper exemplum Alex-
 andri M. qui Roxanem, omisfis sponsalibus, sibi co-
 pulaverit. *Curt. lib. 8. c. 4.* tamen eorum opinio tam
 firma non est, quin de ea dubitari poscit, cum hæc
Nov. 74. non agat de sponsalibus, vtrum ea sint
 necessaria nec ne? sed tantum de casu aliquo extra-
 ordinario: quando nimirum foemina quædam do-
 lo decepta, & sub spe matrimonii in domum dedu-
 cta, post sitim desiderii libidinumque satiatam, do-
 mo rursus expellitur; vbi merito is, qui subdole &
 versute tali vxori illusit, pœnæ loco tenetur, vt e-
 am legitimorum liberorum matrem habeat. *Lex ve-*
ro adlegata 9. de sponsal. cum verbis hisce ex Cur-
 tio: *Letus pater sermonem ejus exceptit: contrariam*
 potius sententiam confirmare videatur. Præterea e-

go non dico, sponsalia esse de necessitate absoluta, ut nimirum ex institutione divina præceptive descendant, sed de necessitate quadam hypothetica: quia ob communem matrimonii utilitatem ac honestatem introducta sunt, ne scil. conjuges parum honeste, tanquam quadrupeda animalia, mox à mente one nuptiarum ad coitum proruant. Treut. loc. cit. Eckolt. ad ff. de sponsal. §. 2.

§. I.I.

Quando denique in *Consensum* tanquam *causam efficientem proximam* inspicimus, pariter hæc differentia luculenter patebit: Nam licet tam sponsalia quam nuptiæ dicantur nudo & solo consensu constitui. l. 4. l. 11. ff. de spons. & l. 30. de reg. jur. tamen quoad consensum est discrepantia in tempore & intentione. Giph. disp. de patr. pot. n. 35. Paul. Cypr. de spons. c. 5. §. 1. n. 5. Alius enim consensus requiritur in Nuptiis, qui dicitur Nuptialis si-
ve Matrimonialis: quando partes scil. ita consentiunt, vt statim conjuges sint, & indiuidua vitæ con-
suetudo inter ipsos constituatur, ac alter alteri jus
sui corporis det, & vicissim ab altero accipiat, id-
que sobolis procreandæ gratia cum promissione o-
mnium officiorum, quæ Deus mutuo à conjugibus
requirit. Zepper. de LL. Mosaic. l. 4. c. 20. Hamm.
diff.

diff. de cons. conjug. th. 3. Eckolt. dict. loc. Ethic qui-
 dem de Jur. Civ. in illa demum deductione in do-
 mūm, quæ magna fiebat solennitate, intercedebat.
 l. mulierem s. cum seqq. ff. de rit. nupt. l. cui. 15. ff. de
 condit. & demonstr. l. 6. C. de donat. ant. nupt. De
 quo consensu etiam loquitur Ulpianus in dict. l. 30.
 de reg. jur. Quando ait: *Nuptias non concubitus sed*
consensus facit: hic enim JCtus non intelligit pro-
 missionem illam, quæ intercedit in sponsalibus, v-
 bi scil. promittuntur futuræ nuptiæ, sed consensum
 matrimoniale, quo maritus pollicetur & consen-
 tit nuptiis præsentibus, atque accipit vxorem in do-
 mum traductam. vid. Fr. Hotom. lib. 4. obs. c. 26.
 Cypr. d. l. §. 4. n. 8. Gothofr. in not. ad l. 15. ff. de
 condit. & demonstr. Cujac. in prælect. suis ad hanc l.
 30. de R. J. Alius vero Cousensus desideratur in
 Sponsalibus de præsenti, qui conuenienter apposi-
 teque à JCtis nuncupatur Sponsalitus: nam hic sem-
 per Matrimoniale præcedit, eoque solis verbis si-
 ne acceptance & cohabitatione futuræ nuptiæ mutuo
 re promittuntur, vnde recte Bonaventura, quando
 distinct. 28. lib. sentent. 4: de sponsalibus de præsen-
 ti loquitur, inquit: *consensus est causa matrimonii,*
sed non tota, item: Consensus de nuptiis est causa ut
fiat matrimonium, non ut sit. vid. Paul. Cypr. d. l.

§. 2.

luta;
 scen-
 quia
 esta-
 one-
 enti-
 . cit.

uam
 nus,
 dicet
 solo
 . de
 ia in
 .35.
 on-
 s si-
 ntin-
 on-
 jus
 id-
 o-
 us
 m.
 iff.

Ideoque consentientes non statim facit coniuges, sed sponsum tantummodo atque sponsam, quem consensum postea interuallo temporis matrimonialis sive nuptiæ ipsæ sequuntur. Et sicuti aliud est promittere, aliud autem dare vel facere, ita etiam mutua ista repromissio non perficit ipsum matrimonium, sed pactum duntaxat de subsecuturo matrimonio atque societate conjugali contrahenda. Schilt. *ad ff. de sponsal.* §. 3. Confirmat insuper hanc distinctionem ipse Julianus in *dict. leg. 11. de sponsal.* dicens: *Sponsalia sicut nuptiæ consensu contrahentium sunt, & ideo sicut nuptiis, ita sponsalibus filiam familias consentire oportet*, nec non Paulus in *l. 7. §. 1. eod. tit.* inquit: *In sponsalibus etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideretur, vbi dilucide discernunt consensum Sponsalitium à Nuptiali, & idem est, ac si dixissent, sicut nuptiæ sine consensu matrimoniali eorum, quorum interest, constare nequeunt, ita nec sponsalia sine istorum consensu sponsalitio. vid. Bachov. in paratitl. VVesenb. de spons. n. 4.*

§. VI.

Præterea nuptias & sponsalia habere dissimilitudinem, *Subjectum, quod personæ contrahentes habiles constituunt, Treutl. dict.*
tr.

tr. de nupt. tb. 2. Eckolt, ad ff. de nupt. §. 4. clare monstrant; Nam illæ personæ, quæ Sponsalia celebrare posunt, non semper etiam ad ipsas ineundas Nuptias aptæ existunt. *Primo enim is, qui officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, in vxorem ducere non potest, sponsare autem non prohibetur. l. si quis. 38. pr. de rit. nupt. Secundo, nec viduæ permittitur intra annum luctus secundas nuptias celebrare, cum tamen ei semper liberum sit, sponsalia contrahere. l. 10. ff. de his qui not. infam. Tertio, inter absentes non minus, quam præsentes, contrahii possunt sponsalia de præsenti per eos, qui speciale mandatum habent, l. 6. l. 34. de R. N. interim tamen absens fœmina per nuncium aut procuratorem viro nubere nequit, ratio: quia deductione opus est in mariti, non vxoris, dominium l. mulierem s. d. t.*

§. V.

Sponsalia de præsenti & Nuptiæ *Objectum* quoque habent diversum: nam illa versantur circa *Futuras Nuptias*, de quibus contrahentes tempore de sponsationis inter se tractare & convenire solent. *Eckolt. ad ff. de spons. N. 4. VVesenb. eod. tit. n. 5.* Hæ vero pro *objecto* habent *sobolis procreati-*

C

ati-

ationem, quod quidem objectum hac in materia cum fine coincidit, de quo *infr. §. 7. buj. cap.* pluribus agetur.

§. VI.

Quia forma dat esse rei, atque optimam ostendit ab aliis rebus distinctionem, e re jam erit, ut & hic de forma solitus sim, atque ex ejus diversitate, hanc quoque differentiam inter Sponsalia de praesenti & Nuptias deducam: Consistit igitur *forma* Sponsaliorum in *pactione* & *promissione defuturo conjugio*. Carpz. lib. 2. t. 8. d. 133. quæ olim siebat per solennem stipulationem i. e. interrogationem & responcionem, illa competebat sponso, hæc sponsæ. VVesenb. in *paratitl. de spons.* n. 6. Treutl. *de nupt. th. 1. lit. ff.* cui consentit Bachov. in *Not. ad eund. Hodie vero*, sublata illa solennitate, nudus consensus quomodo cunque declaratus ad *constituenda sponsalia sufficit*, l. 4. l. 7. ff. *de sponsal.* sive ille sit expressus, sive tacitus, modo signa enim voluntatem exprimentia sint certa & indubitata; praesertim cum neque in sacris neque profanis litteris ullum reperiatur exemplum, ubi mulier in potestate patris existens, suis ipsis verbis sponso repromiserit: Idcirco forsitan, quod verecundia, quæ omni-

omnium virtutum custos est, & in specie dicitur
dos virginalis, desiderat, vt puellæ inter desponden-
dum, maxime in præsentia parentum, annuant po-
tius, quam proloquantur, & sua oratione de se a-
liquid promittant: ne videantur ambire sponsum,
quod neutiquam decet virgines. vid. Glosl. in Cod.
l. penult. de sponsal. Cypr. *d. l. cap. 3. §. 2.* Et sic vi-
demus, Sponsalia nihil requirere nisi consensum, nec
vllam præterea solennitatem desiderare. Quod de
Nuptiis vero minime dici potest, illæ enim de Jur.
Civ. præter consensum alias etiam desiderant solen-
nitates, quarum præcipua est deductio in domum.
Cujac. *ad l. 30. ff. de regul. jur.* Schilt. *ad Inst. de nupt.*
§. 10. n. XVI. Et quamvis Ulpianus in *l. 15. ff. de*
condit. & demonstr. concubiti opponat consensum;
tamen non excludit deductionem in domum. Ba-
chov. *dict. loc.* Giphan, *disp. de pat. pot. tb. 11. N. 32.*
sed potius eam esse necessariam commonstrat, ac
locupletissimus sui ipsius hac in leg. existit interpres;
dum ostendit, se infra *l. 30. de R. f.* non loqui de
nudo consenu, qui intercedere solet in sponsalibus;
sed de Matrimoniali, in deductione in domum scil.
interveniente. Quare me non errare puto, quando
Formam Nuptiarum de Jure Rom. pono in *de-*

C 2

du.

ductione in domum: præprimis cum dict. l. 15. de cond. & demonst. cum l. 5. de rit. nupt. & l. 6. C. d. donat. aut nupt. tam accurate loquatur de illa deductione. Quam opinionem Fr. Hotom. multis rationibus eleganter defendit. lib. 4. obser. c. 26. & quæst. illustr. 25. conf. Azo in *summa sua aurea de nupt.* Hæc domum deductio quanta solennitate & accurrata festivitate olim peracta fuerit. vid. apud Cypr. d. l. cap. 5. & Nic. Henel. in *otio suo Ulratislav.* c. 38.

§. VII.

Nec non probari potest hæc differentia ex *diverso fine:* Finis nimirum Sponsalium vnicus est, nempe *ut nuptiæ subsequantur.* Eckolt. ad ff. de sponsal. §. 5. fin. VVesenb. b. t. n. 7. Bachov. in not. ibid. Volrath. in oper. Jur. Rom. analyt. b. t. n. 10. Meier. in colleg. Arg. th. 15. b. t. Contrahentes enim sponsalia, sive de futuro sive de præsenti, (modo hæc distinctio sit accipienda,) nihil aliud intendunt, quam ut conjuges fiant: Nam omnia Sponsalia sunt de futuro matrimonio, licet quædam illorum dicantur de præsenti, ratione scil. puri & simplicis consensus, quæ tamen ratione futurarum nuptiarum manent de futuro. Schilt. in *prax. Jur. Rom.*

in-

infor. Ger. exerct. 36. §. 3. & 9. Eckolt. ad ff. de sponsal. § 2. Paul. Cypr. cap. 2. §. 3. n. 1. 2. 3. & 4. Lau-
 terb. coll. ff. ad tit. de sponsal. §. 6. Aſt in Nuptiis Fines
 reperiantur varii. VVefenb. b.t.n. 6. quorum tn. duo
 sunt principales, prior in eo consistit, vt *soboles*
procreetur, humanumque genus propa-
getur. Volrath. dict. op. de matr. n. 12. Eckolt. de nupt.
 §. 5. fin. Quod nonsolum ex ipsis sacris literis patet,
 quando Deus Gen. 1. v. 28. primos homines ita al-
 loquitur: *Crescite, fructum ferte, & multiplicamini*
& replete terram, sed etiam ex variis locis Jur. Civ.
nimirum pr. Inst. de excus. tut. & curat. l. 1. ff. de
sol. matr. l. 2. Cod. de indict. vid. toll. notum est,
 Romanos id maximopere curasse, vt ciuitas repleretur
 hominibus. Et Callistates l. 220. §. viii. de V. S. non
 inconsiderate conuenientia hæc profert verba: *Præ-*
ter hæc omnia natura quoque nos docet, parentes pios
qui liberorum procreandorum animo & voto uxores
ducunt. Quod & idem facit Nov. 22. pr. in verbis:
Iugiter Dei clementia, quantum est possibile, nostra im-
mortalitatem dante naturæ, recte nobis studium est de
nuptiis. Item Studium vero nuptiarum totius est huma-
næ sobolis. Alter Finis principalis est **mutuum ad-**
jutorium, delcendens ex indiridua illa vitæ confue-
 rudine, cuius mentionem facit Imperator. §. 1. Inst.

de pat. pot. Giphan. in Camment. ad inst. b. t. §. 1. Et hic itidem ex sacra scriptura bene elucescit, his verbis: *non bonum est, hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi coram ipso.* Gen. 2. v. 18. Hic vero geminus Nuptiarum finis nec debet nec potest a sposo sponsaque obtineri: cum illis in una domo una cohabitare prohibitum sit, & extraordinaria pœna afficiantur, nimirum vel pecuniaria, vel carceris, immo etiam relegationis, si statim post peracta sponsalia concubuerint.

§. IIX.

His accedit, quod *effectus* satis indicent, multum interesse, inter Nuptias & Sponsalia de praesenti: 1. enim Nuptiis contractis dicuntur partes vir & vxor, Sponsalibus de praesenti vero celebratis sponsus & sponsa. 1. si *uxor.* 13. § 2. & 3. ff. ad L. Jul. de adult. Et quamvis videatur, sponsum & sponsam aliquando haberi pro marito & vxore, tamen hoc sit abusus & improprius, §. 9. Inst. de nupt. 1. si *qua* 12. § 1. & 2. de rit. nupt. Schilt. ad ff. de Connub. §. 9. inque iis solum casibus, vbi vel fauor subest, vel eadem ratio cum marito militat. VVesenb. adff. de spons. n. 7. & Bachovius in not. ibid. Nam ex verbis hisce d. l. 13. § 3. de adult. Etiam in sponsa hoc idem vindicandum, quia neque matrimonium qualecunque, nec spem

Et
ver-
s ei
Hic
test
mo
œ-
ris,
on-
ul-
ti:
v-
sus
a-
a-
oc
ua
9.
e-
sf.
is-
n-
ec
m

Spem matrimonii violare permittitur. & L. item. 15. §.
24. de injur. nihil aliud euinci potest, quam quod
sponsus ob eandem rationem cum marito, (quem
scil. stuprum sponsæ tam graviter solicitat, quam a-
dulterium vxoris maritum afficit,) ad injuriarum a-
ctionem quodammodo admitti posit. Quam qui-
dem actionem sponsus non potest instituere jure ma-
rati, sed tantum jure extranei. d. l. 13. §. 8. de adult. ni-
si post stuprum à sposo etiam ducta fuerit. L. 7. C.
b. t. vid. Aut. Fab. 3. conject. 6. Treutl. de nupt. tb. 1.
lit. C. Cujac. 20. obs. 16. Fr. Sarmient. 1. select. inter-
pr. 5. II. Matrimonium inducit ipsam individuam
vitæ consuetudinem, omnisque vitæ consortium. §.
1. Inst. de pat. pot. l. 1. ff. de R. N. At Sponsalia non
nisi istiusmodi tantum spem l. si vxor. 13. §. divi.
3. ad L. Jul. de adult. III. Inter virum & vxorem do-
nationes non valent, l. 1. ff. de don. int. vir. & vxor.
quæ tamen inter sponsum & sponsam non sunt pro-
hibitæ. l. cum hic 32. §. sequis. 27. eod. tit. IV. Nuptiæ
contrahunt affinitatem. l. non facile 4. §. 3. ff. de grad.
& affin. Ait ex sponsalibus nulla descendit affinitas,
sed publica solum honestas. §. 9. Inst. de nupt. vid.
VVesenb. de spons. n. 7. Hahn. in obs. ibid. Schneid.
ad Inst. de grad. affin. n. 7. V. Maritus tenetur vxo-
rem defendere, eique alimenta præstare, sicut & o-
mnia

mnia matrimonii onera sustinere l. quod si. 2. ff. de Injur. & fam. lib. l. si cum. 22. §. fin autem. 8. solut. matr. Sponsum vero hoc facere non oportet. VI. Nuptiæ vxorem participem reddunt fori ac domicili mariti, vt & ejus dignitatis. l. cum quedam. 19. ff. de jurisd. l. exigere .65. de judic. & ubi quisque. l. Imperatores. fin. §. item 3. ad municip. & de incol. l. fœmine 8. de Senator. l. mulieres 13. C. de dignit. Sponsalia vero non æque. l. eaque 32. ff. ad municipal. VII. Vxor maritum lugere debet, nec alteri intra annum luctus nubere potest, sub poena infamiæ l. r. l. 2. Cod. de secund. nupt. quod tamen securus se habet cum sponsa, cuius scil. nullus luctus est. l. 10. §. 1. de his qui not. inf.

§. IX.

Tandem sponsalitiam societatem tam arctam non esse, quam conjugalem, ideoque inter se discrepare: omnibus cognitu facile est ex sponsalium leuiori dissolutione, quæ de jure Civili sine villa adeo procedit difficultate, vt vnicuique contrahentium pro arbitrio dissentire atque renunciare liceat, l. 2. Cod. de repud. l. 2. §. 3. ff. eod. tit. modo is, qui in culpa versatur, arras despiciatui habere ac negligere paratus sit. l. arris. 3. & mulier. 5. C. de sponsal. Quæ vero de Nuptiis, cum sint individua vitæ conluetudo,

do, §. 1. *Inst. de patr. pot.* & l. 1. ff. *de rit. nupt.* mini-
me prædicari possunt. Sed sunt indissolubiles, ac
non nisi ex grauioribus quibusdam causis dirimun-
tur. l. *consensu* 8. *Cod. de repud.* Et hæc de Jure
Civili, quid de Jure Canonico & moribus dicen-
dum, in progressu sequetur.

CAPVT III.

DE

Differentia Sponsal. de præf. & Nuptia rum, quatenus fundata est in Jur. Can.

SUMMARIA.

- I. *Differentia rat. definitionis & caus. effient. remot.* II.
rat. caus. effic. prox. III. *rat. objecti.* IV. *rat. forma.*
V. rat. finis & effectuum. VI. *rat. Contrariorum.*

S. I.

Postquam superiori cap. 2. satis superque
diuersa Sponsalium Nuptiarumque ratio
ex Jur. Civ. sit commonstrata, nunc
merito superius memoratæ methodo in-
sisto, & in hoc Cap. 3. provirili expono, quomodo
hæc distent inter se quoad Jus. Canon. Ne vero ea-
dem videar de iisdem dicere, ea, in quibus Jus
Can. nihil diuersum habet à Jur. Civ. vberioribus hoc
loc. explicare supersedeo. Et cum hoc ipsu[m] circa
definitionem & Causam efficientem re-

D

mo-

motam contingat, B. L. ad §. 1. & 2. cap. 2. remitto.

§. II.

De *causa* vero *efficiente proxima*,
nimirum *consensu*, paulo latius differendum
puto: Hic, (vti *preced.* cap. §. 3. jam dictum) du-
plex est, *Sponsalitius* & *Matrimonialis*
seu *Nuptialis*, quæ distinctio bene si adverta-
tur, facile quisque videbit, quod ex promiscua di-
versi hujus consensus acceptione vulgaris ille error:
Sponsalia de præsenti & *Matrimoni-
um unum idemque esse*, vt plurimum ori-
atur: Nam si omnes Jur. Can. textus, ab errone-
am hanc sententiam fouentibus allegati, diligentis-
sime etiam perlegantur, omnique ingenii acie ex-
pendantur, tamen nihil aliud ex illis euinci potest,
quam, quod vel vnum commune nomen diuersæ
rei imponatur, ac Sponsalia aliquando improprie
& abusue Matrimonium adpellentur, Vel quod
cum Nuptiæ, tum Sponsalia solo consensu dicar-
tur contrahi. Hinc quando, C. conjuges. 6. conjunx.
9. c. 27. q. 2. C. de Francia. 1. X. de spons. & matr.
Contrahentes sponsalia de præsenti Conjuges, &
c. si inter. pen. X. eod. c. cum initiatur. 5. & 35. d. c.
27. q. 2. Ipsa contracta sponsalia Matrimonium

nun-

nuncupantur, tunc hæcce vocabula plane recedunt
a sua peculiari & propria significatione. Sicuti ipsi
Canonistæ, c. 37. 40. 41. 42. 43. & 44. caus. 27. q.
2. C. Ex parte 14. & c. verum post. 2. X. de con-
vers. conjugat. multis argumentis commonstrant,
& luculenter ostendunt, Sponsalia depræsentî non
esse verum ac perfectum, sed tantum (uti vocant)
ratum sive initiatum matrimonium i. e. improprie
& abusivæ ita dictum, propter certam spem futura-
rarum nuptiarum. Quod ex c. decreta. 28. c. 27. q.
2. non minus ac modo adductis textibus dilucide
videndum, verba sunt: *cum illa non pertineat ad*
matrimonium, cum qua non docetur, fuisse nuptiale
ministerium, adparet, quod inter sponsum & spon-
sam conjugium (proprie scil. sumtum) non est. Cui
sententia Dn. Schilt. quoque *ad inst. de nupt. n. 1.*
ad ff. de sponsal. §. 9. Bachov. ad Treutl. *ib. 1. lit.*
D. & alii adsentiuntur. Cum autem, *C. matrimo-*
nium 1. sufficiat. 2. omnis. 4. c. 27. q. 2. c. cum lo-
cum. 14. cum apud. 23. Tuæ fraternitati. 25. X. de
spons. & matr. dicitur, summam Nuptiarum cau-
famque totam in consensu consistere ac voluntate:
nullatenus ibi de nudo consensu in prima illa con-
ventione, vbi de futuris adhuc conjunctionibus
tractatur, atque solùm sponsalia, tanquam pacti-
ones de subsecuturo conjugio, contrahuntur, in-

terueniente, sermo est: Sed de consensu Nuptiali,
 qui geminis perficitur conuentionibus, primò ut
 partes despontati consentiant, deinde nuptiis sub-
 secutis coram Ecclesia copulandi gemitent & ra-
 tificant consensum antea in sponsalibus expressum.
 Quæ geminatio istum constituit matrimonialem
 consensum, de quo alleg. loc. loquuntur. Hocque
 ipsum est, quod, priusquam benedicantur conju-
 ges, & mutuo se invicem adjutores accipient domu-
 mumque deducantur, a sacerdote publice in Eccle-
 sia interigentur sponsus & sponsa, vtrum ille hanc
 sibi vxorem, ac hæc illum sibi maritum habere ve-
 lit? Qui denique verbis expressis & annuli traditio-
 ne voluntatem suam vtrique declarant. Hanc ad-
 fersionem a ratione non esse alienam, nec discre-
 pare a veritate, ex ipsis contra nos prolatis texti-
 bus probari quidem posset: nam verba: *Nos igitur
 inquisitioni tuae taliter respondemus, quod matrimo-
 nium in veritate contrahitur per legitimum viri &
 mulieris consensum: Sed necessaria sunt, quatam ad
 Ecclesiam, verba consensum exprimentia de praesenti.*
 Prout in Dict. c. tuae fraternitati. 25. X. de spons. &
 matr. jacent, satis indicant, qualis ibi intelligatur
 consensus. Sed quia alia clariora & magis perspi-
 cuia in Corp. Jur. Can. inueniuntur loca, quæ con-
 traria ibi adparentia illustrant, ac dilucidiora red-
 dunt,

dunt, breuitatem sequamur & videamus, quomo-
do lex interpretetur legem. Sic distinctionem hanc
ce inter Matrimonialem & Sponsalitium Consen-
sum bene ostendit c. 38. c. 27. q. 2. in verbis: *Si quis*
desponsata sibi & tradita utatur, rite conjugium vo-
catur. Quod & facit c. 1. c. 30. q. 5. expresse enim
in hoc Can. ad legimum matrimonium & proprie-
tate dictum requiritur geminatus ille consensus ma-
trimonialis, intertieniens scil. in benedictione sa-
cerdotali, verb. Can. ita sonant: *Aliiter legitimum*
non sit conjugium nisi ab his, qui super ipsam fœmi-
nam dominationem habere videntur, & a quibus cu-
stoditur, uxor petatur, & a parentibus & propinquoribus
sponsetur, & suo tempore sacerdotaliter, ut
mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote be-
nedicatur. Et c. 2. dict. c. 30. q. 5. dicitur: *Nullus fi-*
delis cuiuscunque sit conditionis, occultas nuptias fa-
ciat, sed benedictione accepta a sacerdote, nubat in
Domino. Item c. cum societas. 17. c. 27. q. 5. legitur:
Dubium non est, eam mulierem non pertinere ad ma-
trimonium, cum qua docetur, non fuisse nuptiale mi-
nisterium. Ex quibus adductis nunc liquido adparet,
solis verbis in sponsalibus expressis matrimonium
non constitui, sed consensu, rebus ipsis & factis sub-
sequentibus, expresso, h. e. copulatione & traditio-
ne, quæ sit in Nuptiis acceptione voluntaria & co-
habiti-

habitione subsecuta. Quare etiam Bachovio ad VVesenb. parat. de sponsal. n. 4. comparatio consensus, quo Sponsalia contrahuntur, cum consensu in Nuptiis inrerecedente, minime placet. Confer. Carpz. Ipr. eon. l. 2. d. 132. n. 3. Paul. Cypr. de sponsal. c. 5. §. 2. n. 3. Eckolt. ad ff. de sponsal. §. 1.

§. III.

Ratione *Objecti* an & quomodo Sponsalia de præsenti ac Nuptiæ differant, cum supra cap. 2. §. 5. jamjam tractaverim, atque secundum Jus Can. nihil aliud quam Civ. de eo sit dicendum, h. l. istud repetere superuacaneum duco.

§. IV.

Quod ad *formam* attinet Sponsaliorum, à Jure Civ. neutiquam recedit Canonicum: quippe pariter hæc consistit in *consensu sponsalitio seu pactione & promissione de futuro coniugio*, prout constat ex c. nostrates 3. c. 30. q. 5. hic enim Nicolaus Papa ad Sponsalia prorsus nihil nisi nuda futurarum Nuptiarum promissa consensu contrahentium, Parentum, ac pro re nata Propinquorum etiam inita, defiderat, & expresse cauit ac vetuit, ne simul vno eodemque tempore Nuptiæ cum Sponsalibus de præsenti effectum accipient, sed ad illarum perfectionem (loco antiquæ deductionis in do-

domum) ulterius requirit benedictionem sacerdotalem; Unde, quia JCtis perfectio rei forma est ipsius rei. Hart. metaph. Jurid. c. 10. §. 7. Vac. a Vac. L. s. decis. 72. n. 1. ad hanc sententiam, *ιερολογίαν* scil. seu **benedictionem sacerdotalem** constitutere **formam nuptiarum**, meam quoque accommodo lubentissime: præsertim cum contra Nicolai nunc prolata alii adhuc varii extent Canoness, nimirum. c. cum societas. 17. c. 27. q. 2. c. nullus. 2. qualis. 4. Sponsus. 5. nullum. 6. fœmina. 7. c. 30. q. 5. quibus sanctissime cautum est, ne ullus fidelis cujuscunque etiam sit conditionis, occulte nuptias faciat; sed benedictione accepta a sacerdote perfectam ineat matrimonium. Quibus deinceps conueniunt, quæ Euaristus Pontifex tradidit. d. C. 1. c. 30. q. 5. Alter legitimum non sit conjugium, nisi suo tempore sacerdotialiter, ut mos est, cum precibus & oblationibus à Sacerdote uxor benedicatur. Item, ita per acta legiūma scitote esse connubia: alter vero præsumpta non conjugia, sed adulteria vel contubernia vel stupra aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitate. Igitur, quia non video, quomodo dilucidius explicari, aut planius in Jur. Can. exprimi posset, quod nimirum benedictio sacerdotalis solum sit ac unicum veri & perfecti matrimonii. *Kep. 1173*
Per quod scil. Legitimæ Nuptiæ optime cognosci atque

que ab aliis illegitimis conjunctionibus distingui possint, asseveranter dico, *iēgōlōyīav* esse omnino de essentia matrimonij, Eckolt ad ff. de nupt. §. 5. Cypræ. *despons.* c. 5. §. 6. n. 1. licet quidem non sit de essentia matrimonii simpliciter (quatenus de Jur. Gent. connubia quoque Infidelium, puta Turcarum, Judæorum, &c. pro veris agnoscimus) tamen est de essentia nostri matrimonii Christiani ex dispositione Jur. Can. Exemplum esto proceritas hæc, simpliciter considerata, neutiquam pertinet ad essentiam hominis, ac bene abesse potest, salvo vero & perfecto homine, attamen ita necessario requiriatur ad hominem procerum, ut absque omni dubitatione pro ejus essentia haberi oporteat, cum alias, & sine proceritate hominem appellare procerum, absurdum foret. Sicut itaque sine proceritate datur quidem homo, sed non procerus, sic etiam dantur quidem absque benedictione sacerdotali nuptiæ legitimæ, sed non Christianæ secundum Jus Can. Confer. L. B. de Lynk. in Anal. ad Struv. Synt. Jur. Civ. de LL. SCt. & long. Confv. tb. 2. ad Inst. de Jur. N. G. & C. §. 3.

§. V.

De diversitate *finis effectuumque* Spon-
sarium de præsenti ac Nuptiarum vid. supr. cap. 2.
§. 7. & 8.

dte

§. VI.

Quod ratione Contrariorum Sponsalia
 de præf. à Nuptiis distincta sint ex Jur. Can. non
 minus ac Civil. manifestum est; Nam *C. despon-*
satam. 27. decreta. 28. c. 27. q. 2. c. verum. 2. X.
de conuers. conj. Canonistæ expresse statuerunt;
 quod post sponsalia de præf. alteri parti licitum
 sit, eligere monasterium, & alteri in secularitate
 remanenti ad secunda vota transire. Ratio est in
dicit. c. 28. quia nimis inter Sponsum & Spon-
sam conjugium non est, nec una caro sunt effe-
cti. Nuptiis vero contractis neuter conjux in mo-
nasterium ingredi potest. Et si tale quid contige-
rit de monasterio reuocari debet. Secundum C.
præterea. 1. quidam. 3. conjugatus. 5. sane. 6. uxo-
ratus. 8. X. dicit. tit.

CAPVT IV

DE

**Differentia Sponsalium de præf. &
 Nuptiarum quoad mores qui in terris
 nostris ecclesiasticis obtinent.**

SUMMARIA.

- I. Connexio cum super. cap. II. different. rat. caus. effic.
 prox. nim. Consensus. III. rat. objecti. IV. rat. Forme.
 V. rat. Finis. VI. rat. eff. etiam. VII. rat. contrariorum.

E

§. I.

§. I.

Possem quidem hic persistere, nec opus haberem, satis jamjam agitata vterioribus rationibus exponere: Cum ab omnibus hisce quæ de Sponsalibus de præsentि ac Nuptiis superius scripsi, nostri mores & constitutiones ecclesiasticæ haudquaquam recedant: Sed ne videar, ad plura in proœmio me astrinxisse, quam in ipsa tractatione reperiri posse, neque ansam alicui præbeam cogitandi, me non reddidisse perfectum, quod promiserim, necessitas omnino postulat, vt pauca adhuc aliqua proferam, ex quibus dilucidius constet, nostros mores ecclesiasticos insignem quoque agnoscere inter Sponsal. de præsent, & Matrimonium discrepantiam.

§. II.

Et hoc statim ab initio indicat trina illa solennis sacerdotis proclamation. (germanice das Auffgeboth) Quid enim opus haberet Ecclesiæ minister, vt post Sponsalia de præsenti celebrata diebus dominicis trina vice Sponsum & Sponsam ex suggestu proclamaret, & auditores admoneret, vt, si quid haberent, quod nuptias juste impedire possit, in tempore ante diem scil. Nuptiarum significanter, cum res adhuc sit integra, si con-

opus
ulteri-
um ab
esenti
con-
dant:
e ad-
posit,
e non
neces-
liqua
ostros
oscere
discre-

olen-
Auff-
e mi-
ta di-
nsam
hone-
te im-
Nupti-
ra, si
con-

consensu sponsalitio verum & perfectum jam contractum esset matrimonium. Sane verendum, ne contraria opinio scandalum det multos eò inducens, ecclesiam Christi hoc casu tantum superflua & deridenda constituisse, quæ effectui dari non possint. Sicut autem nemo facile audebit, hanc errantem concipere opinionem, ita etiam necessario ex hacce proclamatio-
nis formula: **So nun iemand zu finden / der in dies getroffene Ehegelbnis etwas rechtbestän-
diges einzuwenden / der melde sich bey Zeiten /**
oder enthalte sich hernacher alles Einspruchs/
sequitur, quod longe inter se distent consensus Sponsalitius & Matrimonialis, & per consequens etiam Sponsalia de praesenti & ipsæ Nuptiæ. vid.
Carpz. Jurispr. cons. lib. 2. tit. 4. d. 66. Et lib. 8.
d. 138. Gerh. in loco. de conjug. §. 463. Joach. à Beust. de jur. connub. part. 2. in prefat. p. 97.
Balth. Mentz. in tract. de conjug. p. 170.

§. III.

Supra cap. 2. §. 4. secundum Jus Civile demonstratum est, quomodo **Subjectum**, nimurum **Personæ contrahentes habiles** ostendant, quod Sponsalia de praesenti Nuptiæ haut esse possint. Et quod ibidem de Sponsalibus

Nuptiisque inter absentes protuli, hoc idem quoad mores hodiernos obtinet: Nam quamvis exinde, quod per totam fere Germaniam certis ordinationibus ecclesiasticis canutum sit, ne sponsalia sine praesentia ac consensu testium vel propinquorum, vel pro re nata etiam curatorum, rite celebrentur: Ac quod negotium personarum praesentiam aliquam solennitatem requirens inter absentes alias valide non agatur, videri possit, Sponsalia quoque inter absentes hodie non valere: Tamen istiusmodi ordinationes hic minime referendae sunt, sed potius restringendae, ad Sponsalia tantum inter praesentes celebrata, cum sint correctoriae Juris communis, quae semper strictissimae existunt interpretationis. De quibus fusius egit Joh. Georg. Nicolai, *in tract. de repud.* & *divort. cap. I. n. 37. 38. 39. & seqq.* Samuel. Stryck. *in usu moder. de Spons. §. 13.*

§. IV.

Porro & hoc probe notandum, quod hodie ex moribus nostris & secundum hodiernam praxim vniuersalem *Benedictio sacerdotalis* eorum ecclesia summe sit necessaria, ea que tanquam *Forma ac essentialis Nuptiarum solennitas* omnino requiratur, usque adeo, ut nunc in foro exteriori, nullae Nuptiae validae dici possint atque per-

perfectæ, nec sponsus vel sponsa pro marito vel
 vxore censemantur, nec liberi legitimi nascantur,
 nisi accedat *ięgoloyia* seu benedictio sacerdotalis,
 & sic matrimonium hacce essentiali solennitate
 ab ecclesia adprobetur & benedicatur. Vid. Joh.
 Georg. Nicolai. *resolut. pract. V.* n. 13. 14. 15. &
 17. Casp. Erasim. Brochmand. *in art. de conjug.*
cap. 4. quest. 52. Joh. Gerhard. *eod. loco ac cap.*
 §. 409. 410. & seqq. Hennig. Arnis. *de jur. connub.*
 c. 3. sect. 12. n. 18. & seqq. Joach. à Beust. *eod.*
tract. part. 2. in prefat. Mart. Chemnit. *in exam.*
concil. Trident. sect. 24. c. 1. Aut. Consil. VVitenb. p. 4. **Von matrimonial Sachen.** p. 23. Ha-
 vem. *in Gamol.* l. 1. tit. 10. posit. 7. & l. 2. tit. 11.
 posit. 2. Ziegler. *in not.* & animadu. *ad instit. Jur.*
Can. l. 2. tit. 10. p. 388. & pag. 405. Ernest. Coth-
 man. vol. 3. *Respons.* 34. n. 99. Brouvver. *de jur.*
connub. l. 2. c. 21. n. 14. Dedeckens. *in Consil. The-*
olog. vol. 3. lib. 4. sect. 1. n. 1. 2. 3. & 13. add. Dn.
 Schilt. *ad ff. de nuptiis.* §. 63. nec non Dn. Carpz.
in Jurispr. cons. lib. 2. Tit. 8. def. 142. Subiectens
 hanc in sententian sequens præjudicium: **Hat eu-**
re Tochter / Barbara / unangesehn sie unter-
schiedliche Freyer gehabt / sich mit dener selbigen
zu verehlichen / Bedencken getragen / gleichwohl
E 3 sich

sich hernach an einen Soldaten / Nahmens Martin Z. gehenget / mit demselben umgangen / es auch alles Ermahnens und Einredens ungeachtet / dahin gelangen lassen / daß Sie mit ihm endlich davon gezogen / und viele Jahre aussen gewesen. Als aber bemeldeter Soldat des Kriegswesens müde worden / ist er wieder dahin kommen / auch um Verzeihung / daß er eure Tochter mit sich hintweg genommen / gebethen / und ist willens / sein Schneider-Handwerk / so er zuvor gelernet / zu treiben / und sich mit eurer Tochter ehrlich zu nehren / gestalt ihr ihm auch destwegen verziehen / und vor euren Eydam erkennet. Es ist aber das Schneider-Handwerk daselbst aus Ursachen / daß er mit eurer Tochter nicht ehrlichen getrauet / ihn zu dulden nicht gemeinet / wie Sie denn ferner eure Tochter vor sein Eheweib nicht erkennen wollen. Ob nun wol vorerwähnter Martin Z. mit eurer Tochter etliche Jahre lang sich als Eheleute begangen / dafür einander gehalten / auch Kinder mit einander gezeuget. Dieweil aber gleich wol euren eignem Bericht nach / er weder mit derselben getrauet / noch Hochzeit iemahls gehalten / und gleich wol. Allein durch die Priesterliche

liche Copulation und Einsegnung die Ehe vollzogen wird / und ohne derselben keine eheliche Beywohnung vor einer rechtmäßige Ehe zu halten; So kan dāhero noch zur Zeit euer Eydam vor keinen ehrlichen Ehemann noch eure Tochter / vor ein Eheweib geachtet und genennet werden / sondern sie seyn die Ehe nochmahls durch die Priesterliche Copulation zu vollziehen schuldig / V. R.

*W. Si itaque Formam Nuptiarum nim.
copulationem ac benedictionem sacer-
dotalem cum Forma sponsalium, quæ
tantum consistit in pactione & promissio-
ne de futuro conjugio,* (prout supra cap.

*2. §. 6. & cap. 3. §. 4. latius dixi) comparemus, dilu-
cide adparebit, hæc illis multo esse adhuc aliquid
minus. Præsertim cùm sponsalibus depræsenti &
publicis prioribus , et si copula carnalis accesser-
it, liberique exinde procreati fuerint, posteriora
benedictione sacerdotali confirmata præferantur.
Quod multis rationibus Beat. Carpz. Jurispr.
conf. lib. 2. t. 4. def. 66. per tot. & Dn. Nico-
lai*

lai dict. loco. n. 17. 18. 19. & seqq. eleganter illu-
strauerunt, ac vtrique præjudiciis vterius ibidem
confirmarunt.

§. V.

De Fine Sponsal. & Nupt. vid. cap. 2. §. 7.

§. VI.

Ad *Effectus* si progrediamur certissimum
est, Sponsalia de præl. & Nuptias non coinci-
dere. Sed verum & perpetuum inter ea esse di-
scrimen: Nam præter supra cap. 2. §. 8. recensi-
tos effectus hodierni mores jurave peculiaria ali-
os quoque Nuptiis tribuunt præ Sponsalibus de
præl. Et (1.) quidem Matrimonio perfecto ac con-
summato maritus plerisque in locis præsertim Sa-
xonicis vxoris existit curator legitimus. Dn.
Stryk. in usu mod. de fund. dot. §. 2. Unde (2.)
fluit, quod vxor de immobilibus sine mariti
consensu nihil alienare queat. Jo. Schilt. in prax.
jur. Rom. in for. Ger. exerc. 36. §. 95. Coler. de-
cisi. 12. n. 2. & seqq. Sam. Stryk. dict. tract. & t.
§. 6. Cui (3.) accedit, quod marito post Nuptias
sine dubio competit ususfructus omnium uxori-
ris bonorum. per text. Landr. lib. 1. art. 31. verb.
st: *Kein Weib mag ihres Gethes ichts verge-
ben / ohne ihres Mannes Willen / daß er zu
recht*

recht leiden dörffe. Wenn er ein Weib nimmt /
so nimmt er in sein Gewehr alles ihr Guth zu
rechter Vormundschafft. Vid. Dn. Stryk. *vt su-*
pra §. 2. nec non Dn. Schilt. *cit. exerc.* 36. §. 95.
§ 96. vbi hanc rem vberius tractauit. (4) quod
maritus, cujuscunque etiam sit conditionis, vxo-
ri succedat in omnibus bonis mobilibus, exce-
ptis utensilibus, *per textum Landr.* *dict. lib.* §
art. pr. § *lib.* 3. *art.* 76, *vers.* und stirbt das
Weib / der Mann behält alle fahrende Habe.
add. Georg. Schultz. *in Synops. Inst. de success.*
conjug. sub. lit. A. qui ita quotidie pronunciari
attestatur. Tandem mores & specialia jura con-
tra Jus Roman. introduxerunt, vt (5.) pene vbi-
que in Germania mortuo marito vxor donatio-
nem propter nuptias lucretur, sicut maritus suc-
cedit in vxoris dotem. Sam Stryk. *dict. tract. de*
jure dot. §. 18. Rittersh. *ad Nov. p. 5. c. 1. n. 7.* Hæc
autem de Sponsalibus de præf. haudquaquam
prædicari possunt, Eorum enim effectus præcipu-
us est, quod contrahentibus sponsal. de præf.
non amplius sit liberum, ab illis recedere, sed
teneantur promissum consummare Conjugium.

§. VII.

Denique si Sponsalia de præsenti ipsum essent

F

Con-


Conjugium, non nisi ob adulterium & malitiosam defelctionem rescindi possent. Quod tamen ita se non habere in proposito est: plures enim aliae dantur causae propter quas adhuc hodie dissolvuntur. Prout Dn. Carpz. *Jurispr. Cons. lib. 2. tit. 10. defin. 175. 176. 177.* & seqq. pluribus demonstrat add. Amad. Eckolt. *ad ff. de sponsal. §. 2. in fin. Paul. Cypr. eod. cap. 13. §. 65. 66. 67. 68.* & seqq. §. IX.

Cum itaque ex haec tenus deducatis patescat, quod Sponsalia de praes. ac Nuptiæ vel Matrimonium, non tantum Nomine, verum etiam Definitione, Causa Efficiente, tamen remota quam proxima, Formali ac Effectu, nec non ratione Contraria differant, tantum abest, ut in eorum, qui Sponsalia de praesenti ac Nuptias pro uno eodemque venditant, castra transeam, ut potius, quod multis parasangis ab inuicem distent, cum Harprecht. Carpz. Zoel. Schilt. aliisque variis Jctis Clarissimis, intrepide statuam. Ethanc in sententiam coronidis loco acutissimum Gosvvinum ab Esbach annot. ad Carpz. p. 2. c. 24. d. 5. egregie hoc facientem adducere lubet, in verbis: *Multis cum modis differant Sponsalia de praesenti & Matrimonium vel Nuptiæ, iisque tum Theologi tum*

Jcti.

J Cti Tubingenses apud Harprecht. ad princ.
 Inst. de Nuptiis n. 116. ibi Insonderheit da-
 man notissimam Germaniae consuetudinem anfie-
 het / wird man hell und Sonnenflährlich entde-
 cken / quod Sponsalia etiam solenniter testato pu-
 bliceque contracta à vero Matrimonio & Nuptiis
 indiuiduam vite consuetudinem importantibus, &
 que maris & foeminae conjunctio definiuntur, in
 viele Wege zu unterscheiden / quod in sequenti-
 bus ita clare demonstrant, ut non putaverim cor-
 datum J Cium de hac sententia amplius dubitare
 posse. Tantum.

Soli Deo Gloria.



Jena, Diss., 1711 (A/R)



56



1711,10
14

DISPVATATIO IN AVGVRALIS
DE
**VERA SPONSALIVM DE
PRÆSENTI ET NVPTIARVM
DIFFERENTIA,**

*QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO,
GVILIELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE. &c. &c.&c.
EX DECRETO ET AVTORITATE ILLVSTRIS JCTORUM ORDINIS
IN ALMA SALANA,*

*PRÆSIDE
DN. JOHANNE BERNHARDO Griesen/
HEREDITARIO in Pösen/
JCTO CONSUMMATISSIMO, SERENISSIMI DVCIS SAXO-
ISENACENSIS CONSILIARIO AVLICO, AC CONSISTORIA-
LI, ANTECESSORE, ET SCABINATVS NECNON FACVL-
TATIS JVRIDICAE ADSESSORE GRAVISSIMO,
PATRONO ET PRÆCEPTORE SVO AETER-*

*NVM VENERANDO,
PRO LICENTIA
SVMMOS IN UTROQUE JVRE HONORES ET DOCTORA-
LIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI,
LOCO ET HORIS CONVENTIS*

*D.XXVII. JVLI 11 ANNI M DCCXL.
PVBlico ERVDITORVM EXAMIN SVBMITTIT
JOHANNES Rugeroth/
CAMBVRCO-THVRINGVS.*

*J E N Æ
TTPIS GOLLNERIANIS.*